



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 9011826X

§. 57. Viri Apostolici ad Tartaros missi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)

quitur de arte militari. Opus inscripsit Sæcul. XIV.
 Arcana sectatorum crucis. A.C. 1321.

§. LVII.

*Viri apostolici ad Tartaros
 missi.*

Complures viri ex Ordine Minorum ad
 ethnicos Christo adjungendos, & ad
 schismaticos Ecclesiæ reconciliandos in
 Orientem missi revererant Romam tum
 temporis, & Papam de laborum fru-
 ctibus certiozem fecerant. Igitur hoc
 anno scripsit Principibus Georgiæ, Ar-
 meniæ ac Tartariæ: cumque hi Mu-
 sulmannis infensi essent omnes; ad bel-
 lum sacrum utile videbatur commer-
 cium cum illis & amicitia, quam Sanu-
 tus in commentariis suis commendabat.
 Papa Joannes, inquam, Georgio Geor-
 giæ Tartaris subjectæ Regi fusam scripsit
 epistolam, eandem, quam Innocentius IV
 Bulgaris an. 1245 scripserat. Ille ibi
 excurrit in argumenta unitatis Ecclesiæ
 ac primatus Romanæ Sedis, cui ut Geor-
 gianis se jungant denuo, hortatur, of-
 ferens concilium, si opus sit, hoc fine con-
 vocandum: ac denique Regi commen-
 dat Fratres Minores per ipsius terram
 transituros ad promulgandum Tartaris
 Evangelium. Dabat 15 Oct. 1321.

Vading.
 1321. n. 26.

Ragn. 1321.
 n. 8.

ap. Vading.
 1245. n. 14.

Sæcul. XIV. Tartaris quoque parentium Christiano-
 rum Præsules præsertim Armenos de
 A. C. 1321. fide Romanæ Ecclesiæ, de Sacramentis,
 festisque diebus fufe edocuit per epi-
 stolam 22 Nov. datam, eandem, quæ an-
 no 1245 scripta fuerat: duasque alias
 eodem die dedit ad Tartaros Principes
 Christianis benevolos. Ferebant illas
 duo Fratres Minores Petrus & Jacobus.
 Sed hos inter Viros apostolicos cele-
 britate nominis eminebat Episcopus Hie-
 ronymus. Ab anno 1307 Papa Clemens
 V septem ejusdem Ordinis Fratres in
 Tartariam miserat, ut initiarentur in E-
 piscopos, & sub auspiciis Fratris Joannis
 Moncorvini propagarent fidem. Anno
 1311 iterum eo misit tres Fratres, scilicet
 Petrum Florentinum, Thomam, &
 Hieronymum, quem consecrari jussit in
 Episcopum, sed sine titulo alicujus Ec-
 clesiæ. Postmodum Joannes XXII se-
 dem Episcopi esse voluit Caffam urbem
 Chersonesi Tauricæ tunc Genuensibus,
 modo Tartaris minoribus obnoxia. Huic
 diœcesi limites designavit secundum lon-
 gitudinem ab urbe Bulgariæ Varen us-
 que Saralium, & secundum latitudinem
 a Ponto Euxino usque ad Ruffiam:
 atque per diploma 27 Febr. 1321 datum
 novæ sedi primum imposuit Fratrem
 Hieronymum: qui tamen Episcopus Caf-
 fæ dicitur in litteris ad Armenos 28
 Martii

Sæcul. XIV.

A. C. 1321.

*Ruv. n. 11.**Vad. n. 33.**Fayn. n. 1.*

2. 3.

*Sup. §. 36.**Sur. lib. 91.*

§. 16.

Vad. 1311.

n. 3.

Reg. p. 42.

44. 106.

*Vad. 1320.*n. 7. *Regist.*

p. 106.

Rayn. 1318.

n. 13.

Martii an. 1318 datis. Theodosiopolis, Sæcul XIV. A C 1321.
 quæ est eadem atque Caffa, per plura se- Comanu. p. 223. tab v. 56.
 cula habebat Archiepiscopum Græcum, Vad. 1321. n. 38.
 ac etiamnum habet Episcopum Arme-
 num. Anno 1321 Frater Hieronymus
 Avenionem venit veluti exul a dice-
 clesi sua ob vexationes sibi a Genuen-
 sibus illatas.

§. LVIII.

*Episcopatus Recinetinus suppri-
 mitur.*

Papæ absentia & controversia cum Im-
 peratore Ludovico Bavaro magnas
 creabant turbas in Italia; cujus civita-
 tes non solum sibi mutuo adversabantur,
 sed & intestinis flagrabant odiis: nihil
 audiisses ibi præter velitationes, rapi-
 nas, cædes, & omnia flagitiorum gene-
 ra. Gibellini potiores obtinebant partes:
 & Papæ autoritas contemptui erat,
 seu res sacras spectasses seu profanas in
 terris ei obnoxiiis. Amelius Bellomon- Ughell. to. 2. p. 808.
 tio & facello Papæ præpositus, Marchiæ
 Anconitanæ Gubernator Pontium Ar-
 naldum cognatum suum suorumque mi-
 litum Ducem miserat, ut quasdam sen-
 tentias contra Recineti Prætozem, Cen-
 turionem, Consilium, Senatumque ac
 privatos quosdam exequeretur. Arnal-
 dus